



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

De secundo beneficio, quod est liberatio à pœna peccati tàm æterna,  
quàm corporali

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

De secundo beneficio Passionis Christi, quoad  
est liberatio à pœna peccati, tantu æterna,  
quàm corporali.

In eadem peccati malitia variè possunt considerari  
rationes, tanquam peccati effectus. Et sunt: *macula,*  
*incurvatio, reatus, pœna.*

Prima est macula quædam, turpem, sordidam ac de-  
formem reddens animam, eò quod inordinatam illam  
facit, & quasi incurvatam à Deo ad creaturas: etenim  
peccatum anima recedit à Deo tanquam ab ultimo  
fine, & ad creaturam accedit; vnde quemadmodum  
corpus humanum censetur turpe ac deformè, si primò  
directum habens ad sidera vulum, declinet deindè ab  
oculo naturali situ, & totum incurvatum procederet: pari-  
tatione turpis & deformis dicitur illa anima, quæ desi-  
nit directè contemplari Deum, tanquam ultimum fi-  
nem, se incurvat & inclinat, totum suum affectum po-  
nendo in creaturis.

Secunda conditio peccati est offensa Dei, & oritur ex  
incurvatio: quia ex macula animæ, quæ est quædam privatio  
gratiæ & Chritatis Dei, sequitur displicentia Dei, quæ  
est offensa Dei. Summè namque Deus offenditur,  
in quantum ei displicet, quod positus in æquilibrio &  
comparatione cum creatura minus estimetur ad anima,  
quàm ipsa creatura, quodq; anima potius eligat deserere  
Deum, quàm creaturam, auertendo à Deo affectum su-  
um, & convertendo illum ad creaturam. De hoc sui vili-  
tudio lamentabatur Deus illis Prophetæ verbis: *Duo Ierem. 2.*  
*quia fecit populus meus: dereliquerunt me, fontem aque  
vive (vel, ut alii legunt, aquam vivam) & foderunt sibi  
cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, sed  
solum quæ non nisi lutum continent.*

Tertia conditio, & proprietas peccati est iniuria Dei.  
Quia facit contra ius proprium Dei, quod habet, ve-  
l summum, summum bonum & ultimus finis, ac proin-  
de, utramque super omnia. Et non tantum peccator  
offendit contra ius Dei, in quantum est ultimus finis;  
sed etiam in quantum est primum principium per-  
fectionis, quia abicitur ipso esse, substantia  
& potentia animæ à Deo receptis: & in quan-  
tum

tum est Legislator, nam peccando spernit & pro-  
pendit leges Diuinas: ac denique in quantum mu-  
nerator vniuersalis, quia nihil æstimat promissa,  
nec minimum timet pœnas à Deo committas.

Quarta proprietas, quæ veluti passio peccati et vi-  
litiæ eiusdem tanquam ex essentia dimanat, est reus  
pœnæ, qui est quoddam debitum, vel, vt melius dica-  
mus, obligatio moralis ad sustinendam pœnam æter-  
nam, & temporalem.

p. 2. q. 89.  
art. 4.

Ultima proprietas peccati est pœna actualis, æterna  
& temporalis. Etenim, cum malitiæ peccati pericula  
in infinita, in quantum est offensa Dei, boni in finem, mutatur  
ex se pœnam aliquam infinitam secundum duriti-  
nem, quæ est pœna æterna, quæ remittitur, cum remittitur  
peccatum mortale, & succedit solum pœna tempo-  
ralis.

Hæ sunt proprietates peccati, à quibus omnibus nos  
liberat Christus Saluator noster per æquissimam suam  
passionem & per pretiosissimum suum sanguinem. Ne-  
que nobis remittit dumtaxat maculam peccati, offensi-  
sam, iniuriam Deo illatam; verum etiam debitam  
obligationem pœnæ, & pœnam æternam: cum enim li-  
berat nos à peccato, modo supra dicto, simul nos liberat  
à pœna æterna illi annexa. Considera excellentiam  
huius beneficii: siquidem æternitas hanc sortitur con-  
ditionem, vt, vbicumque reperitur siue in bono, siue in  
malo, infinitum efficiat. Si se coniungit bono præ-  
mij, infinitum reddit præmium: si verò malo peccati  
associat, infinitam pariter efficit pœnam: Ergo Christus  
D. N. Sanguine suo liberat nos ab infinita pœna quæ  
est epilogus & cataclysmus malorum, id est, vni-  
uersale diluuium omnium pœnarum. Quapropter pro  
tanto beneficio Christo debemus infinitam obligati-  
onem, infinitam gratitudi-  
nem.

Eccl. 40.

